Guilelmus <Avernus>: De fide et legibus

[Augsburg: Günther Zainer], [ca. 1476]





que maioris puritatis eſt q̃ȝ ſtãs ſeu mortua. Hec ergo adhi/
bebatur in ablucõm quia lepra imundicia eſt· ⁊ oleum inſa/
nacõeȝ quia lepra morbus eſt· & ſanguis in reꝓpiciacõneȝ· q̇a
interdum pro peccato ex ira dei inferebatur plaga lepre· vel
quia maxime lepra eſt ex corrupcõne ſanguinis vt ſanguine
mundorum animalium corruptio & infectio ſanguinis pur/
garetur D In ſacrificio vero zelotipie· notum erat mira=
culum· viȝ de inflatione ventris· & putrefactione femoris mu
lieris corrupte· ſicut legitur Numeri· v· hoc aũt ſacrificiũ nõ
erat niſi modicum farine ordeacee· ſuper quam fudi oleum &
poni thus ꝓhibuit dñs· quia nec ꝓpter honoreȝ dei fiebat nec
ex bona voluntate· ſcd ſolummodo cauſa deteſtãdi occultum
adulteriũ· voluit ergo huiuſmodi ſacrificio reuelari occulta
adulteria mulieꝝ· vt adulteria metuerent· & ne mariti ſuſpe=
ctas vxores occiderẽt. Ideo aũt ex farina ordeacea ſine oleo
et thure offerebat̃· vt viris eſſet rubori ſacrificium huiuſmo=
di· tum ꝓpter hoc quia deo non offerri ex deuotõne oſtende/
batur· per hoc ipſum quia nec oleum nec thus habebat· tum
vile erat in ſe· imo omnium ſacrificioꝝ viliſſimum atqȝ pau/
perrimum. Noluit etiam ſacerdotibus in parte illa dare occa
ſionem cupiditatis· ⁊ hoc ne inuitarent hoĩes ad huiuſmodi
ſacrificium offerendum· quod non tam honorificentiam dei
exigebat q̃ȝ viroꝝ malicia extorquebat E Sacrificium
autem ſimile conſpſe oleo illa cauſa fuiſſe videt̃· viȝ vt faceret
filijs iſrahel rememorationem manne· quam pluerat deus in
deſerto ⁊ pauerat eos inde· xl· annis habebat enim ſaporeȝ pa
nis oleati· ſicut legitur Numeri· xi. Ad hoc enim intendebat
lex· vt forti impreſſione infigeret magnalia que pro eis fece/
rat dominus·

De lepra in gñe ⁊ eiꝰ diuiſiones Ca· VII·

POſt hec teſtamur de lepra· vbi primum te ſcire opor
tet· quia lepre nomen non iuxta ꝓpriam intentionem
accipit̃ hic A Lepra eñ ꝓpe letalis prurigo eſt
& quaſi cancer vniuerſalis ab intimis fontibꝰ ſerpens· & cor/
ruptionem in totum corpus diffundens· q̇ aũt multum abu
ſiue accipiat lex nomen lepre: apparet ex ipſo plano textu &
ſerie. Primum eñ lepram vocat ſcabiem· deinde vocat leprã
mundiſſimam· ⁊ hominem mundum· inq̊ effloruerit diſcur
rens lepra in cute· ⁊ operuit omneȝ carnem a capite vſqȝ ad
pedes. Nõ poſſet autẽ eſſe mundiſſima· nec homo ea infectus
mundus· ſi veri nominis lepra eſſet. Tercio quia leprã vocat

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-442/0108
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG